

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Disputatio Secunda De Religione Eclectica Seu Prudentum ad Locum 1. Thessal. V.21**

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus  
Winter, Johannes Christoph**

**Argentorati, 1705**

**VD18 11641991**

Porisma IX

**urn:nbn:de:bsz:31-105849**

quod precipitur 1. Theff. 5. 19, 20, 21. Spiritum nolite extinguere: prophetias nolite spernere: omnia probantes, quod bonum est tenere: dices prophetia libertas non tollitur, quando audax licentia cohibetur. Resp. Verum; sed sollicite cavendum, ne sub audacis licentia cohibenda prae-textu vera prophetandi libertas opprimatur, peccatus speciosa nomina praetextenda non sunt. Liber itaque interpretationis Sacrae Scripturae usus, ex bona conscientia ac sancta vita studio profectus, cum audaci licentia nihil habet commune; quia & de levibus contentio serixandi animum, omnesque seditiones, convitia & maledicta excludit. &c. Conferamus cum his quae habet Ermeling p. 5. c. 1. Es ist also einem freygestellt/ ja gebotten/ prüfet alles/ und das gute behaltet 1. Theff. 5/ 21. — und bin ich eben nicht verbunden/ eine Religion überhaupt anzunehmen; sondern ich kan gar wohl einige Punkte auß derselben wehlen/ und hat Paulus nicht verbotten/ in diesem Brieff an die Thessalonicher auch die Heydnische/ Jüdische/ und Samaritanische zu prüfen; 2c. & c. 9. Ob die Religio prudentum zugelassen sey? waurt man diese Frage recht beantworten wil/ muß man zuvor wissen den Ursprung und woher die Religio prudentum entstehe: dieses nun geschieht entweder auß der Glaubens-Weisheit/ von welcher/ daß sie einem jeden ungehindert zu gönnen. In ersten Capitel angeführet 2c. quae verba sufficient poris. In sequenti explicando & roborando, scilicet totum ejusmodi discursum, spectare libertatem prophetandi Arminianam, quam in textu nostro non fundari, nec ex illo probari posse, ex hactenus dictis constare posse confidimus, ut non sint hic repetenda, quae supra dicta sunt. Autor quidam citatus in textu alia quoque habet, quae non eo fine ommissa, quasi malà fide quicquam vel tentare, vel imputare auctori velimus, sed ideo quod ad praesens porisina nihil faciant, quanquam ad futurum examen etiam ista reservemus.

PORISMA  
IX.

PORISMA IX.

Quin tandem Eclectica illa Religio confusionem religionum, simulationem & dissimulationem in rebus fidei inducit, & vel Donatistis, vel Atheis occasionem praeber. Inducere confusionem certum est, sive rarissimam illam Religionem prudentum die allergröbste Art der Religionis prudentum, ut appellat Ermeling c. 3. p. 13. spectes

spectes, quippe quæ religionem merum inventum, quod ad  
 rationem status pertinet, æstimat; & pro varietate regiminis,  
 imperio etiam variam accomodat; quod videtur Autor ipse ag-  
 noscere p. 17. quanquam ita concepta sint ipsius verba, ut si-  
 ne censura non dimittenda videantur, de qua suo loco. Ve-  
 rum quoque est, si *latiorem die grobe Art* der Religionis pru-  
 dentum c. 4. p. 18. consideres Wann man glaubt/ daß man al-  
 le Religionen/ nachdem es die Zeit und der Nutz erfordert/ an-  
 nehmen kan: Nam & hanc confusionem quandam inducere,  
 nec tolerandam ipse Autor quodammodo fatetur, quod turpe  
 sit, si veritas religionis non à se ipsa, sed ab utilitate dependeat.  
 Quanquam penitus non rejiciat, dum mutationem religionis  
 admittam dicit, si quis convictus sit, quod prior religio sit fal-  
 sa. Sed quis non se convictum dicet cum religionem mu-  
 tat; etsi non omnis talis sit, si tamen attendat quæ Eclectici  
 permittunt sua libertate, plurimæque ad salutem non existimet  
 esse necessaria, quam facile ratione sua, vel consuetudine tan-  
 dem, vel quasi convictus evadere possit. Neq; ab hoc vitio im-  
 munis est Religio prudentum *subtilis* Wann man darfür halt/  
 daß man auß allen Religionen das beste/ und was einem jedert  
 am warhafftigsten deuchtet/ wehlen und und aufsuchen dörffe:  
 juxta Ermeling c. 5. p. 21. quid enim tandem fiet, si quis quod  
 videtur verum, (Was am warhafftigsten einem jeden deuchtet/)  
 ex quavis religione seligat? nonne religionum confusio, ut tan-  
 dem in Imperio Romano & pace Religionis, non amplius Tres  
 sint religiones admittæ, sed Quatuor, illa scil. Prudentum, quæ  
 tanquam quinta essentia, succum optimum ex omnibus ex-  
 pressit. Licebit certe tali homini eo in casu ubi necessitatis ra-  
 tio ita fert, huic vel illi cœtui se adjungere, cum neutris totus  
 addictus sit, vel alia occasione ab eodem recedere, cum aliter  
 videretur (Wann es ihn anders deuchtet/) Quod autem Dona-  
 tistarum errori hæc sit opinio propinqua patet ex eo quod su-  
 pra dictum partim, dum religionem nullam puram esse con-  
 tendunt in fide & vita, qualem tamen illi ab omni labe immu-  
 nem ex omnibus effingere conantur, ut testatur Ericus Fridli-  
 bius ficto nomine, quanquam quod probe scimus. Jctus qui-  
 dam sit. p. 26. §. 25. Wann ich mich nun bey allen Secren umb-  
 sehe/

sehe/ so finde ich wol ein Geschrey vom Wort Gottes und den Sacramenten / aber die Liebe ist weder bey den Lutheranern/ Reformirten/ Pietisten/ Papisten noch andern; und also schlicse ich/ diese - - - ist nicht die wahre Kirche/ und ihre Religion/ nicht die wahre Christliche Religion. *Consentiunt hæc cum Donatistarum placitis, quæ ex Patribus allegat b. D. Bebelius Antiquitat. Eccles. Secul. 4. Tom. prior. p. 903. Ex Verbo & Sacramentis nascitur fides; quæ & ipsa dat esse Christiana: non enim personarum dignitate, sed fide Christianisum insigniri, certum est. Gregor. Naz. Orat. XXX. & Ambros. l. 1. de Sacram. c. 1. — Vapulabant igitur Donatista, ex cæco obsequio Christianum æstimantes, ab Oprato Milevit. l. 3. p. 113. dicente: Et ille vobis videbitur Christianus, qui quod vultis fecerit; non quem fides adduxerit. Quorum capitalem errorem idem describit ex Optat. Milevit. l. 2. p. 40. In heresim schisma verterunt, tanquam Ecclesia Christi propter crimina Cæciliani, seu vera, seu quod magis iudicibus apparuit, falsa de toto terrarum orbe perierit, ubi futura promissa est, atque in Africa & Donati parte remanserit in aliis terrarum partibus quasi contagione communionis extincta. Conf. plura apud b. D. Bebel. libr. cit. Tom. poster. sec. 4. art. XI. §. 137. p. 1260. Hæc autem Electio tandem, dum libertatem sibi sumit ex omnibus quod verissimum videtur, (das am wahrhaftigsten deuchtet) sumendi & credendi, dum omnes impuritatis accusat, ansam præbet dubitandi, an ulla sit? quod, quid aliud est, quam Atheismo præbere occasionem, qui sine religione est; quam non habet, etsi ex pseudo-politicorum consilio, illam colat.*

Porisma  
X.

PORISMA X.

*Ultimo ex his relinquitur, quod Religio Eclectica Autoris scilicet, ficta sit Religio, verbo DEI nec præcepta, nec commendata, nec in loco Paulino 1. Thessal. 5. 21. fundata. Non denegamus homini libertatem scrutandi & eligendi, sed restringimus ad verbum DEI unicum, sub eo fine, ut certitudinem fidei habeat, non fluctuet semper; neque in iis quæ ad salutem necessaria non sunt, adimimus libertatem homini Christiano, ubi extra casum scandali & in tuto res posita est. Sed religionem talem Eclecticam, (qualis in philosophorum placitis & in usu est electio) verbo*  
DEI